



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

De Grammatica, & pertibus eius scitu digna. Ti. Primus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

Syntaxis
De Grammatica, & partibus eius
scitu digna.

Fo. I.

Ti. Primus.



Grammatica est ars recte loquendi, recteque scribendi
poetarum enarratione continens, omnium scientiarum
consuetudinis uberrimus. Colligitur haec definitio e Quinti-
liani de institutione oratoria lib. i. Dicitur autem a graeco
nomine grammatis, uel tos gemino m, id est litera,
latine namque literaria dicitur, est enim ut litterae suas custo-
diant uoces, & quasi depositum reddant, ait Fabius,
Nuncupatur etiam in nominandi casu grammatices, literatura quoque & mul-
titudinis numero litterarum artium. Ne dixeris puer cum ineptulis grammatica
a grammata & tica uel icos, id est scientia, si quidem a grammatis dicitur grammatica,
ut ab heros heroicus, a gallus gallicus, ab roma romanus &c. Infan-
tem grammaticen, id est prauam & rudem artem a literatoribus tractatam, lit-
eratoriam uel literationem uocamus teste Martiano Capella. siquidem a
grammatica deducitur grammaticus & grammaticista, ab literis literatus & li-
terator, quae significabant aliquando eandem rem, sed distare coeperunt autho-
re Suetonio, quod grammaticus & literatus est qui diligenter, acute, scienterque
possit aut dicere aut scribere. Ceterum proprie sic appellandos coepit Cor-
nelius Nepos poetarum interpretes, qui tantum apud antiquos authoritas
habuerunt, ut censores essent & iudices scriptorum omnium soli, quos
etiam ob id criticos uocabant, sic ut non uersus modo (ita enim Quintilia-
nus ait) censoria quadam uirgula notarent, sed libros etiam qui falso uide-
rentur inscripti, tanquam subdititios submouere e familia permisissent. Sunt
autem subdititij libri, nothi, id est illegitimi, qui falso alicui ascribuntur. Lites-
ratores etiam triuiales dicuntur, quia fere in triuijs docent, & scientia eorum
triuialis quoque nuncupatur, non ut indocti tradiderunt quod artes tres continet
grammaticam, dialecticam, rhetoricam. Docet hoc Raphael Regius in M. Fa-
bi. quinti. licet Niger triuialium uulgi sequutus aliter preceperit. Lites-
ratores Curius Lancillottus Papius appellat literocedos, ut Ci. p. Mu-
rena. Aulocedos esse qui cytharocedi fieri non potuerunt. Ita literocedos pu-
tamus qui literati fieri non potuerunt. Ut grammaticus grammaticista, sic
differunt sophus sophista, quoniam quidem sophus dicitur sapiens, sophista qui ar-
gutijs insanit & cauillatiombus ut uideatur, quem miserum appellat Dion
Chrysostomus, Suidas mercenarium et deceptorum, sed de sophistis nunc
satis. Grammateus est scriba, Archygrammateus principalis scriba. Apule.
lib. xi. Tum ex his unus quem cuncti grammatea dicebant. Grammatophy-
laciū locus ubi publica scripta seruantur. Littera scribitur a doctissimis (in
pila praesertim) unico t, ab alijs semper gemino, qua de re sunt multa alio

A

Ioannis Despauterij Niniuite

in ope declaranda, iccirco nunc pergamus. Hec professio auctore Fabio breuissime in duas partes diuidit, in recte loquendi scientia, & poetarum enarratione. Hanc partem idem auctor uocat historice, id est enarratiuam uel expositiuam. In enarrandis enim authoribus uersat ad imitationem proposita, nam *ἰσοπέω* significat narro, eam Diomedes exegeticen noiat, & eque interpretant Nebrissenis & Lancilottus, expositiuam uel enarratiuam. Illam uero Fabius uocat methodicam, id est doctrinalem, Diomedes historicam, id est diffinitiuam, nam artis precepta continet, methodus doctrina dicitur, quia uiam rationis prestat, *ὁρίω*, id est diffinio, determino, unde est horizon oris, id est terminus uisus nostri. Grammaticę methodicę subiungunt quatuor orthographia, etymologia, syntaxis & prosodia, primę litera, secundę de dictio, tertię oratio, quartę debet syllaba. Orthographia est recte scribendi peritia, ut chrylostomus cum *ch* & *y* gręco. Vester cum *sn* in prima syllaba sed secunda, de hac specie uel arte multa scripsimus ex Tortellio, Georgio ualla, ceterisque, dicit autem ab ortho recta & graphe scriptura. Etymologia est uerborum originis inquisitio dictionum & accidentiarum noticia, ab etymos, id est uerus & logos, id est sermo uel ratio, quasi ueriloquium, quod ipse Cicero quod finxit abhorruit. Vocant alij notationem, alij originationem. Aristoteles symbolon, id est nota auctore Ci. in Topicis. Etymon, id est etymologia est in his quorum expositio cum ipsis non conuertitur, ut rex qui regit, etymon est, non enim quicumque regit rex est, sed rector uerbale est, sic aduena, conuena, allecla, ratio, luna, quia luce luget aliena, ait Cice, gluma a gluendo, cura cor ures, consul, presul & similia, etyma sunt non uerbalia, ait Curius Lancilottus Palsius ferrariensis homo doctissimus, qui hac de re contra Priscianum multa dicit. Ceterum multę sunt etiam apud doctissimos fatue etymologie, ut oratio, id est oris ratio, nam ab oratu non aliter oratio quam a donatu donatio dicitur, et sepulchrum sine pulchro, quum ab sepultu sepulchrum dicitur, ut ab ambulatu ambulatio, a fultu fulcrum, per quod lectica dicitur inepte. Testamentum possessio &c. que declaranda relinquo. Etymologia etiam dictionum accidentias (sic enim doctissimus uir Nebrissenis fere loquitur) enucleat, que sunt genera, declinationes, preterita, supina &c. Syntaxis est scientia qua bona constructio a mala discernitur, a syn, id est con & tasso, id est ordino, unde taxis ordinatio quasi coordinatio, & alia quidem est perfecta, ut ego amo deum. Alia imperfecta, ut si amaueris deum. Finita, ut ego amo. Infinita me amare. Oratio est ordinatio dictionum congrua perfecta que sententiam demonstrat, ut deus nos diligit. Improbis anser, sed quomodo hic est oratio perfecta, facile enucleabit preceptor mediocriter doctus. Prosodia est metri & accentus noticia, ut Simon grammaticum facit Simonis penultimam longam. Mulieris uero breui eadem, de hac parte in alio libro latissime discernat.

mus, & tāta ponimus quāta alius nemo. dicit autē a pros. i. ad & cdo id est cano, uel sine diphthongo ab ode. i. cātus, sed cū deriuatio sit eadē de quē in comœdia, tragœdia. ideo cū ce dicunt nō indocti, pœdia; & Tortellius asserit sic dici debuisse, sed p o scriptū testat, ut sonus sit apud nos q̄ ē apud grecos, ut in psalmodia. Lācilottus & plures plurima de rebus a me plibatis pulcherrime disputant, & de grāmatici officio, ceterisq; id genus q̄ cōsulto ne rerū uarietate puerulorū ingenia oneremus, missa fecimus. Verū quia syntaxin aggredimur, de partibus eius pauxillulū afferamus.

Syntaxis & partes eius.

Syntaxis. i. cōstructio, est debita partū in oratione ordinatio, qua cōgruū ab incōgruo discernimus. Congruitas est oratio scđm grāmaticę regulā facta. Est autem aliud cōgrue uel grāmaticę loqui, aliud latine. Illud est artis, hoc eloquij (ut Domitius & Theodorus aiūt) Grāmaticę loq̄ est ubi cura sermonis uitium nō admittit. Latine uero ubi elocutiōe lucescit oratio. Ideo Valla dixit, maluit interps̄s latine loq̄ q̄ grāmaticę, ubi suo sibi se iugulat gladio, q̄ dixerat noui testamēti nō est litera latīna. Parcius dictū oportuit aiūt. Lancilotus, Mancinellus, ceteriq;. Syntaxis triplex est, p̄ceptiua, p̄missiua, p̄hibitiua, ut em̄ iuris est p̄cipere, p̄mittere, p̄hibere, ita & grāmaticę. Est igit̄ p̄ceptiua q̄ sub arte et p̄cepto sine uitio cadit, ut uir fortis, turba sedet. Permissiua est cōtra artē cōstructio uitiosa, rōne uel auctoritate excusata, ut anser fœta, sola bubo, accūs desinit in am breuem, pars secāt, & alia id genus plurima, q̄ apud doctos si repian̄, dicunt schemata, apud indoctos solœcissimi, & scribligines. i. incōgruę partū orōnis cōpositiōes, sed usu uenit, ut quod sub p̄missiua cōtinebatur, simul quasi sub arte cadēs usurpet, tātū pōt doctissimorū auctoritas. Prohibitiua est incōgrua partū orationis cōpositio, q̄ solœcismus dicit̄, ut uir alba, ego sedet, solœcismus autē diphthongō ce in secūda syllaba habet, si dictio corrūpat̄, rōne excuset̄, dicit̄ metaplasmus, ut cēlicolū. p̄ cēlicolarū, si nulla sublit ratio, barbarismus est, ut ipocrita sine aspiratiōe in prima, ubi aspiratio debeat cū y greco esse sic hypocrita. Eadē oratio dicit̄ p̄ceptiua & p̄hibitiua, si diuersos aspiramus. siquidē unī p̄missum, alteri plerūq; p̄hibet̄, nēpe paucorū priuilegia nō sunt leges cōmunes omniū. Nō em̄ ita paganis p̄missum est testari quō militibus. Schemata uocāt alexādrini impedimēta, sed latinis ea impedimēti significantia est penitus inaudita, ut syntactica, dialyntetica, partes pro patria bonū latinū, a parte ante, a parte post.